

**XXIV OLIMPIADA JEZYKA ŁACIŃSKIEGO 2005/2006 - I ETAP**

De abstinentia Epaminondae.

Temptata autem eius est abstinentia a Diomedonte Cyziceno. Namque is rogatu Artaxerxis regis Epaminondam pecunia corrumpendum suscepit. Hic magno cum pondere auri Thebas venit et Micythum adulescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem, quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit et causam adventus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonti coram 'Nihil' inquit 'opus pecunia est. Nam si rex ea vult, quae Thebanis sunt utilia, gratis facere sum paratus; sin autem contraria, non habet auri atque argenti satis. Namque orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriae caritate.

Cornelius Nepos *De viris illustribus, Epaminondas IV 1-3*

Objaśnienia:

temptata - na olimpiadzie było "tentata"

abstinentia, ae f - niesprzedajność, uczciwość

Epaminondas, ae m - Epaminondas, wybitny polityk i dowódca tebański

Diomedon, ontis m - Diomedon z Kyzikos

Cyzicenus 3, pochodzący z miasta Kyzikos

rogatu - na prośbę

Artaxerxes, is m - Artakserkses Mnemon, król perski

pecunia corrumpendum suscepit - podjął się przekupienia

Thebae, arum f - Teby, miasto w Beocji

Micythus, i m - Mitykos, ulubieniec Epaminondasa

Thebani, orum m - Tebańczycy, mieszkańcy Teb